

bien susfrida es una perla. Apposite Novarinus, in Umbr. Virgin. Excurs. 149. num. 1434. Non est malum, audire male; sed malis reddere mala (quasi venenis venena) non est magnum, ferientes referre; est magnum ferre. Clemens Alexandrin. 2. Pedagog. cap. ultim. asserit pro ornamento capitis suspendi saepe serpentes. Vide quae diximus, Tom. 3. T. 1. num. 22. & Tom. 4. T. 3. D. 6. num. 13. & T. 1. D. 2. num. 7. scilicet, aspides in diadematis Regum Aegyptiorum esse depictas, ut asserit Elian. quo sup. lib. 6. cap. 38. Deserviunt enim patienti quasi in diadematis cultum, venena aspidum, quae sub labijs detrahentium. At minime fovebitur illorum audacia à Praesidis uti prosecti patientia: equidem zelo Dei, dispiciant eos qui hominibus placent; potest delere qui lethifere mordent, ambulare super basiliscum & aspidem, atque conculcare draconem: quos enim zelus Dei in exterminium serpentium utget; etsi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Aculeum scorpionum decidere, rursusque succrescere (ait Plin. quò sup. num. 5.) facilem decessu; & sine eo esse, quos tractari cernamus. A prudentia vel insipientia Praesidis pendet quòd laedant vel non laedant scorpiones. Verùm quomodo? Dicit Gregor. Magn. lib. 9. Epist. 42. Ex nulla alia re evenire valet, nisi quia in regimine dilectio inordinata est, nec cum gravitate aliquid valet disponere: sed modò studet peccatoribus leniter blandiri, & extra modum nimè irascit. Nam si semetipsum in mentis sua ratione tenere potuisset; ipsa eius maturitas haberi in reverentia potuit, & disciplina in Monasterio ordo servari. Nihil faciet prudenter si tumens ex facili irascitur, vel peccatoribus scorpionibus blanditur: igitur haud cessabunt cuncta veneno corrumperere, si se arbitrantur timeri. Ni timeantur, austeritatem Superioris timeant, ut ita facile venena non vomant; quippequam relinquunt spiculum, ubi non nocet venenum: decussu enim facile, minime timente Praeside: igitur cum ex patientia vires veneni formentur, sine ulla pratermissione timebunt, qui timebantur. Dentes peccatorum conterendi, ne manus ad iniquitatem extendant iusti, & Dei cadat causa, ubi indulgentur reptilia: siquidem eius per illos despicitur honos, qui inordinatè amant semetipsos: annuente modò obtineant di-

Novarin.
Aspides & serpentes in coronis.

Incumbat Praes in exterminium malignantium.

Plin.

Greg. Mag.

Cuncta ab illis corrumpuntur, si formidari arbitrantur.

gnitatis futilis thronum, subditos vivere ad lobitum. Mordeant serpentes: quid in mortu desunt vires. Sine formidine stert, qui vinci non vult. Christus iuvat, quatuorvis scorpio mordeat.

Quo ius habuisset in ipsam Ulla lues? Casus alieno in pectore vincet: Lucan. 9. v. Spectatorque docet, magnos nil posse dolores. 887.

DIDASCALIA IV.

Occupatio otiositatis micat nutritrix detractionis.

Signum bellicum Scorpj imago, & æquè detractoris in scorpjo, quippe semper scorpionem in prociectu. Insignia Romanorum ornata fuerunt huiusmodi figura, ut videris apud Pier. Valerian. lib. 42. cap. 88. Insignia illorum Aquila & Nepa, ut quae iure aut viribus perficere non valent, perfidia facerent. Unde picti scorpionis lemma, apud Ioach. Camerat. lib. 4. Emblem. 96. Nec iurato quidem. Fovit in pectore fraudem. Si non fac leonis, vulpina exhibetur pellis: aliusque innocentia decipitur, dum perfidia fidei tenore firmatur.

Scorpjo bellicus symbolus.

Ioac. Cam.

Fide firmatur perfidia.

Math. 10. 16.

Lucæ & filio candore. Elian.

Ve-

Venenam aspidum sub labijs eorum, dicit percussus David; equidem hostes in eum dolos cogitabant; & tota die contentiones atque praelia constituebant. Acuerunt linguas suas adinstar serpentium, sed venenum aspidum, sub labijs eorum. Serpenticum plures sunt species, quae frequenter lethifera, insanemque virulentia. Quare igitur in eius ruina (si æmulorum signat linguas venenatarum serpentium) non harum signat in labijs venenum, sed venenum tantum aspidum? Expositionem singularem invenimus in praefato Auctore, lib. 9. cap. 4. Aspides (inquit) dentes, quos merito lethiferos dixeris, tenuissimis quibusdam veluti tuniis, aut membranis indui vestri audio: & cum aspis aliquem mordacis invadit, membranulis inversis, vel compressis, humorem venenosum effundi; tum illas rursus in pristinum statum, atque locum redire, & uniri. Claret iam artificium aspidis atque simula- tori detractoris. Serpentes in linguis instrumenta lethifera monstrant, aspides dentes virulentos occultant: signatque David in detractoribus linguas serpentum, sed venena aspidam; ut notetur subdola detractorum circumscriptio, dum plus veneni in modo, quam in veneno: quandoquidem dentes virulentum latent, quasi nunquam momordissent. Cavet homo à lingua serpentis: si videret à dente caveret aspidis: uti aspides detrahentes etiam fugeret, si ut detractores cognosceret; ac insiguit & moritur, quia nescit à quo mordetur, quam lingua & labia gaudeant utique naturali symmetria: detractoresque iure conferuntur aspidibus infelix morsibus; quia lumina clades miserabiles vident, verum nescitur, unde morsus atque venena venerint.

Plin. 39. 4.

Elian.

Venenam aspidum cur non cognoscitur morsu, sed effudit.

Detractores similes aspidibus.

Unde illorum lingua dolosa?

carpi maculamen, quietè ac pacificè manet, uti antequam momordisset. Efficaciam dentis venenati cognoscit, sed in fama relictionem non ita lethalem sentit. Morsuum vestigia parvarum apparentia aspis imprimit, ut indicia vix acri oculorum acie deprehendantur: subdit idem ibid. cap. 61. Merito morsui aspidis comparatur virulentia detractoris, cuius putrida corrupta viscera, & ex morsu honoris, sine morsu eius conscientia: igitur pacatè quiescit, ac sine punitione vivit; quia licet homo levi dente mortifero interficiatur, velligium vulneris leve viderur, aut non viderur. Præterea. Artificium detractoris instat aspidis simulando dissimulat, ut nonnunquam mordendo nocere valeat. Perpende. Aspides morsus lenis, sine dolore. Ibid. Elian. cap. 11. Terreret idem morsus acerbitas, ni versatè sese gereret dentis mordacis malignitas; ut licet usque in viscera sit virulente percussus, spiculi non sit sensus: & venenum praesens aspidum signatur sub labijs mordaciter detrahentium; quippequam ut tutius ingerant in morsu splendore necem; arcent à morsu dolorem. Hinc patet, quo modo linguis suis dolose agebant, dum venenam aspidum sub labijs eorum. Cognoscitur sane lingua venenata, sed in huiusmodi aspidibus nec in morsu ferali noscitur lingua dolosa: inquit dum inferunt labia indeclinabilem mortem, videntur suaviter ministrare dulcedinem. Dolose pectus agit, deaurato dolo, de quo, quippe vulnus leve sine vestigio, nulla penitudo in animo; imò catehatum propositum, præter occurrit, effundendū venenum; quippe vulnus lethale sine dolore. Spuit pectus mortifera, quia mordet mentem conscientia: equidem cum sputum sit venenum; pratermittit venenum, atque mortem honoris vocat sputum. Dolose agit lingua & secum, dum magis avertit valens, de quo in mordace nullus pectori morsus; quippe famam de medio venenosè tollit, quasi sine damno experit. Miratur Ethnicus eos, gravissimo crimine.

Elian.

Et inconfessibilis conscientia.

Idem.

Et venenam aspidum.

Lucan. 2. v. 559. Quid sit pacem pati.

Uterius. Linguis suis dolose agunt, qui viam pacis non cognoscunt, & quoque os amaritudinem plenum: igitur magis ac magis feniuntur diffusiones, dum lingua loquuntur. dolose comoda pacis. Labia aspidis malignum oculum dentem: facies festiva detractoris vafricium; eò deterior, quo callidior: igitur cum non confiter, unde virulentia manet; cadit honoris pretiosissima vita, modò detractor uti aspis aperiat labia. Membranae redeunt in pristinum statum post virulentum morsum, in quo elucet detractoris insensibilis conscientia, postquam inquit quicquid obvium eius malitia: siquidem post fixum dentem, post honoris Tom. V.

Xy 2

si inquam illi respirare & revocare in se vacaverit & quam sibi ipsi, verum, tortus a se, fatebitur, ac dicit: Quicquid feci ad hoc, infelicem esse mallem. Quicquid dixi, cum recogito, in multis videri deforme. Quicquid optavi, exsecrationem inimicorum puto. Quicquid timui, Dij boni, quanto melius fuit, quam quod concupivi. Perperam recognitione in dolorem quiete cor, ubi sine pace pax: etenim adinlat aspidis expuent maligni ridendo venenum; ubi mala & virulenta sunt in cordibus eorum.

Senec.

Pax conscientiae, sine pace.

Psal. 9. divi. v. 7. & 8.

Dolus detractoris.

Flia.

Amphibione caput binu.

Lucan.

Mantuan.

Ingeniosa caliditas.

Apoc. 9. 10.

4. Iccidit idem qui tot pertulit, & artificia cognovit, dixit: Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine & dolor, sub lingua eius labor & dolor: sedet in insidijs, ut interficiat innocentem. Vomit igitur toxicum cuius os plenum, sed dolo; quippe videtur dulcedo, mordacis amaritudo, nutrens in corde & corde malitiam, in ingulit innocentiam. Verum unde insidit? Ex aspidem in figuram conversus Amphibionae. Huius geminum caput: hoc est (ait Plin. lib. 8. cap. 23.) ad caput & caudam, tanquam parum esset, uno ore fundi venenum. Eadem Alian. quo dudum, cap. 23. Ravif. Text. lib. 7. Officin. cap. 40. & Ioachim. Camerar. lib. 4. Embh. 89. Unde Lucanus lib. 9. v. 719. & Mantuan. Eclog. 6. v. 70. Et gravis in geminum surgens caput Amphibionae. Hinc labor & dolor, ex artificio peccatoris amphibionae, quod insidiatur. Innocens vel facit vel non facit. Nemo factio pius & sceleratus eodem. At labor & dolor erit sub lingua detractoris virulenti, duplici capite: amphibionaeque confertur, dum innocenti insidiatur; quippe detrahentis inficitur indeclinabili toxico a quocunque quo se verterit, extremo. In scorpione cautus fugit caudam, in aspidem linguam: a veneno amphibionae non est effugium: equidem cum habeat spiculum geminum; innocens parietur detractoris venena, actionis diligentia & eiusdem officiantia.

5. Detractores describuntur a Ioanne mirifice. Habebant (inquit) caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis. Singulares sane bestiae, quarum tetra & horribilis imago, utpote quae solum quibant egredi ex interno: de quibus dicemus Tom. 6. T. 3. D. 1. Cur ergo si detractores scorpionibus similes, additur

habere aculeos in caudis? Scitur perspicue in cauda scorpions habere virulenta tela. Quare igitur signat euspidem, dum demonstrat scorpionem? Ut ostendat conventum malignantium, qui in noxam copulantur adinlat iratorum scorpionum. Vide miram illorum sagacitatem in hominum peccem apud Alian. lib. 6. Histor. Animal. cap. 23. Aliter Tertullian. in Scorpiaco, seu Contr. Gnostic. cap. 1. Intrinsecus (inquit) vena subtilis, arcuato impetu insurgens, hamabile spiculum in summo tormenti ratione restringens. Caetera venenata haud hamato gaudent telo: & cui confertur detrahens, gaudet scorpions quippe quem feriendo mordet, ad se per vulnera trahit. Sese arbitratur feciores si fuerint plures: siquidem intuitus in mordacis malitia, ut extendatur venena. Omnes declinant, in iuriles factijs quia non est, qui faciat bonum: non est usque ad unum; siquidem corrupti & abominabiles facti sunt in studijs suis. Psalm. 52. 2. pro studijs, dicitur in iniquitatibus: studia illorum abominatio in audientibus: pro eodemque studia & iniquitates usurpantur quippe illorum haud aliud vitae propositum, nisi abominabilis iniquitatis studium: siquidem errantes ab utero, alienati a vulva, semper locuti sunt falsa. Audit simplex, & animus scorpionis accedit ad aurem duplex. Insidiatur, ut rapiat pauperem: rapere pauperem, dum attrahit eum. Sese inclinat & humiliat, ut simplex in laqueum cadat: patetque habere in cauda hamatum spiculum, cum dominatus fuerit simplicium pauperum. Apud Seneca quo supra. Haec pars (inquit) maior esse videtur. Ideo enim peior est. Non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant. Argumentum pessimi, turba est. Gaudet scorpiones, quia turbas quasi ita firmior venenatorum causa: verum infra videbimus illorum amicitias, quas conciliavit virulentiae societas.

6. Fit ergo ex singulorum cubiculo illustre spectandum conciliabulum, quo scorpiones conveniunt volupe in unum; iuvenes, senes cum iunioribus, quos proponitur faciendum immaculatus, quia exaltatum est nomen eius solius. Occurrunt demonia, & onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum. Ibi cubavit Lamia, & invenit sibi requiem. Requiescent ibi bestia, & replentur domus eorum draconibus: de quo egimus, Tom. 4. T. 7. D. 4. & n. 7. Et hic agemus, T. 10. D. 2.

Quare scorpionum similitudo

Tertullian.

Psal. 13. r.

Eius cogitatio semper in malum, & in contagium studium.

Seneca

Ipsi. 13. 21. 34. 14.

2 n. 10. Diminuntur veritates, vana loquitur unumquique ad proximum suum, corde & corde, labijs & labijs bilingues, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum, dicentes: Linguam nostram magnificabimus: labia nostra a nobis sunt: Quis nosber dominus est? Infelix qui dominus: in eum proculdubio ei aculabunt virus. Novorum demoniorum videtur annuntiator esse, quia Iesum & resurrectionem annuntiabat eis. Quae est haec nova quae a te dicitur doctrina? Nova enim quadam inferis auribus nostris. Volamus enim scire, quidnam velint haec esse. Hi omnes, Atheniensibus similes, & advena hospites ad nihil aliud vacant, nisi aut dicere, aut audire aliquid novi. Alij diligunt omnia verba praecipitationis, & in malitia gloriantur potentes, ostentantes subtilitatis atque acuminis ingenium, quandiu adinlat novacula meditantur faciunt dolum: quod quidem si serio auditur (quia praecognoscitur in noxio lancea & sagitta) qui fraudulenter nocet amico suo, cum deprehenditur, dicit: Ludens feci. Nemo est, qui obturet aures suas, ne audiat sanguinem; & claudat oculos suos, ne videat malum. Cuncta corrumpunt, cunctos maculant, dominationem spernunt, maiestatem blasphemant, sicut quacunque ignorant. Quaecunque autem naturaliter torquentur muta animalia norunt, in his corumpuntur. Itaque idem evenit (subdit Senec. ibid. cap. 1.) quod in Comitijs, in quibus eos factios praetores idem qui fecere, mirantur. Inde ista tanta coacervatio aliorum supra alios ruentium. Quod in strage hominum magna evenit; cum ipse se populus premit, nemo ita cadit, ut non alium in se attrahat: primi exitio sequentibus sunt. Nemo (videas licet) sibi tantum errat, sed alij erroris causa & auditor est.

Psal. 11. 5.

A. 17. a. v. 18.

Conciliabula, malitia, & vaniloquentia.

Prov. 26. 18

Iud. 8. v. 8.

Seneca

2. Petr. 2. a. v. 10.

Mor.

orbis, quod taxavimus in Liter. num. 46. Perit, dicunt, Mundus, My! Perit, quasi regendus ab eis, qui nec flagris, nec legibus possunt regi? Perit mundus: & per illos tempus, quod bonis actibus debebant redimere, ut redirent frugi. Dominus expectat nos quotidie (inquit N. S. Patriarcha in Regul. Sanct. prolog.) bis suis sanctis monitis factis nos respondere debere: ideo nobis propter emendationem malorum, huius dies vitae ad inducias relaxantur. Tertia verba Bernardi necessarium est hisce balatronibus nepis obijcere: Quam rationem (inquit serm. 17. de Divers.) de verbo otioso reddere poterimus, quod est praeter rationem? Nemo vestrum fratres parvi aestimet tempus, quod in verbis consumitur otiosis; siquidem tempus acceptabile est, & dies salutis. Volat verbum irrevocabile, volat tempus irremediabile, nec advertit insipientis quid amittat. Libet confabulari (aiunt) donec hora praetereat. O donec praetereat hora! O donec praetereat tempus! Donec hora praetereat, quam tibi ad agenda praesentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad gloriam promerendam, miseratio conatoris inaleget? Donec transeat hora, & tempus, quo divinam tibi reprobare debueras pietatem, properare ad angelicam societatem, suspirare ad amissam iustitiam, aspirare ad promissam felicitatem, excitare remissam voluntatem, siere commissam iniquitatem! O Monachi! Tinniant aures. Utinam tamen (subdit, num. 4.) vel solum tempus vita amitteretur in verbis; sed multi in his etiam vitam amittere, comprobantur. An non amittunt vitam detractores, Deo odibiles, odibiles vita? Annon, & ipse moritur qui venenum bibit, quod ei maleuada detractoris lingua propinat? Nunquid non viperam est lingua ista? Ferocissima plane, nimirum, quae tam lethaliter tres insidiat uno statui. Si detractio in claustro, ubi taciturnitas regularis? Ubi (exclamat idem de Modo bene vivenda. cap. 17.) sanctitas religionis? Ubi silentium ordinis? Ubi religiositas Monasterij? Ubi vinculum charitatis? Ubi pax unitatis? Ubi concordia fraternitatis? Ubi amor socialis? Urgebit humifodum nepas Christi charitas: sicut sicut aspidem surda, obrutantes aures suas: igitur si lingua ludit calore pestiferam detractoris, nec fratres erunt immunes.

Conversa

S. Bened.

Otiositas

Bernard.

Idem

Damm.

8. Frequenter luxum ac fastum conviviorum & vestium, detractores uti

Chrysol.

Luc. 16. 24.

Crudelis flamma de troffionis.

Nes. 28.

Chrysol.

Crudelior sub larva caritatis.

Theoph.

Nec suis de- traitor par- sita.

comites sequuntur. Hinc ille dives epulo queritur de lingua, igne flammata. Unde Chrysologus *serm. 124. Magis* (inquit) *lingua uritur & ardet, qua insultavit pauperi.* Nescio, an hoc intuitu tortus dixerit demonstrative: *Ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Hac utique flamma inferni; quippe prius ex insultatione miseria pauperis igne inflammabatur detractionis. Haud poruit adipisci quod animatus optavit, denudque quasi compassione ab Abrahamo efflagitat (quid, si suppetat?) mitti Lazarum in mundum, & eius amittere contubernium. Pretiosa veste simulatur intortus. *Habeo* (inquit) *quinque fratres.* Mitte Lazarum, *ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Unde in damnato huiusmodi in fratres caritatis; Caietano hic placuit esse superbiam: mihi videtur fuisse inolitam detractionis malitiam. Unde Chrysolom, hic ait: *Sicut ille fuerat affectus, sic opinionem habet & de fratribus suis.* Dum figat fratres testandos per Lazarum, ne venient in locum tormentorum; signat sane illos etiam habere flagitia, quos luere penas in perpetua flamma. Compassio videtur fraterni pectoris, & elucet summa summa detractionis: equidem sub caritatis lucidissima larva, fratrum longe degentium vulgabat crimina. Species iugebat fraternae dilectionis, & tantum erat species, proportionata loco tormentorum, quo ille pondus patiebatur criminum. Videbatur pectoris commendabilis caritas, & erat subdola insignis detraitoris malignitas: igitur sub velamine caritatis, proposito saluationis; ita vasa fratrum murmuratio solummodo quibat excogitari in inferno.

9 *Uterius.* Miser in flammis iacebat, & loquitur uti miser. *Ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Theophylact, hic adruit huius detraitoris lyncerum affectum. *Fratres diligebat, ideo illis consulit.* In nodum incidimus. Quo pacto diligit, ubi illis & gravissimè detrahit? Quomodo amat, si fidem derogat? Cruciabatur in flamma: incaluit lingua & in fratres insurgit, eorumque crimina exponit; quippe si lingua accenditur detraitoris, flammam vibrabit etiam in fratres. Vigilanter dialecto nostrà. *Calentose la lingua: y si llega esta à encenderse, dirà mal de todo su linage.* Haud ulli parceret, qui genio mordax, si semel excandescit. Non vomit verba, sed flammam: equi-

dem vel fratres eloquio adurèr, modò pectoris igne labia adustus calefecerit. *Eruiſti animam meam* (dicit Domino David) *ex inferno inferiori.* Non à superiori inferno? Nullo modo. *Iniqui insurrexerant* (subdit) *super me.* Synagoga potentium quæſivit, concilium malignantium obsedit. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi, ac infirmabantur sibi. Detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. Ventos rumefcutorum aucupabantur, ut vela ad calumnias imposturis impleverunt, in famæ ac honoris ingulum. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum: vocatque iurè superiore infernum; quippe superius combusto fratre detractionis igne, totus infernus flammam latet in pectore. Demones sunt super faciem telluris, habitatione inferni superioris: igitur si lingua modò conceperit ignem; nec reputabit hominem, nec fratrem recognoscat, nisi ut inflammet. *Loquens locutus dicitur.* Ex verbis construitur loquela, non flamma: detractorque ita commutat verba, ut loquendo non dicat, sed aduratur quandoquidem quilibet stans laborum, inferni patet incendium. Inferni? Utrique: igitur quod cogitare potest & debet in admirationem; semper retorquet in detrioriorem partem & execrabilem. At hoc aliàs.

10 *Loquens locutus sum.* Similiter David: *Locutus sum in lingua mea.* In expressionem mentis verba instituta, quorum instrumentum, lingua. Erit loquacitas & non locutio; ubi usus lingue absque rationis proposito. Unde non est locutio loquentis ex negotio malignæ orioſitatis; siquidem loquens detractor inimicè loquitur; quia loquitur ut veniet, vel ut loquatur. Loquitur in ventum; & modo figat maledicè telum, parvipendit virulentia percutere semetipsum. *Circumdederm me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis:* inquit Regius Pfaltes, describens obrectatorum ingenium & supplicium. *Circumdederm.* Imbecillitas perspicua, ubi adinstar apum maledicè dividuntur in agmina; & etiam constat malicia: igitur circumdat spiculis percutiendum, ne sit effugium. *Sicut apes.* Propriè. *Aculeos in vulnere relinquunt* (ait Senec. 1. de Clement. cap. 19.) *paugnacissima apes.* Ambros. lib. 5. *Hexætem.* cap. 21. *Animas ponunt in vulnere.* Sumpturunt ex Virgilio, lib. 4. *Georgio.* v. 236.

Psal. 85. 13.

Quomodo infernus in eius cuspidis lingua?

1. Reg. 23. 30

Psal. 38. 5.

Otiſtas & loquacitas.

Pf. 117. 12.

Detraitor cur dicitur apis?

Senec. Ambros.

Ve.

Virgil.

Sibi punge- do docet.

Greg. Mag.

Maluend. Genebr.

Ardent de- traiores, ni urant.

— Venenum
Morsibus inspirant, & spicula ceca relinquant.
Affixa venis, animasque in vulnere ponunt.
 Sibi nocent, dum percutiunt; & obrectatores se ledere non cognoscunt: vel si cognoscunt (ut figant, ut pungant) pro nihilo ducunt vitalem amittere halitum modò effuderint ab ore venenum. *Exarserunt sicut ignis in spinis.* Gregor. Magn. Homil. 9. in *Ezechiel.* Spinam arbitratum imperfectionem iustorum, ignem mordacitatem detrahentium; ut iusti detracta considerantius notent, & se purificent, quin fastidium detrahentes, qui ad maculas sicut ignis: igitur dum magis ac magis detrahunt, sine imperfectionibus quosquos ulserint, relinquunt. Salutem accipiunt ab inimicis beneficio detractionis: igitur delentes quem notabant nævum, male apud illos audientem ostendunt immaculatum. Vide plura & optima in huiusmodi proposito apud Plotarch. libell. *Emolumentum ex inimicis.* Ergo Gregorius. *Ista* (ait) *facientes exardescunt sicut ignis in spinis; quia per flammam detrahentium non iustorum vita comburitur, sed siqua in eis esse poterant peccatorum spina, concremantur.* Adinstar apum sunt maledici aculeis pro lingua instructi, qui moriuntur pro vulnere ac ex vulnere moriuntur; sed in iustorum penitus emolumentum: dicunturque ignis in spinis, dum iustorum quasi spinæ figuntur imperfectiones; quippe quousque mordacium experiantur flammam, non sentiunt habere spinas.

11 *Aliter accipitur apodosis, seu colatio. Accensi sunt, arserunt sicut ignis spinarum:* ait Maluend. *Transferunt de flamma in flammam.* Genebrard. Videtur exprimi detrahentium supplicium & remedium. Remedium, dum consumuntur, quippe profectò comburent, ni comburantur: de quo infra. Supplicium, dum propositum mordacitatis contemplantur evanidum: equidem cum probos inflammare conentur, sine ulatione nota urantur. Hinc transeunt de flamma in flammam: Igitur, quia illi florent, detractores ardent. *Accensi sunt.* A quibus? A seipsis, qui simul bombillant vagantes ignis & apes: igitur dum alios urere ac figere conantur propter defectus, & plerunque imaginarios; ipsi mordaces a se figuntur, quippe turpiores habent, per quos urantur. Vernaculè: *Quando mor-*

maran: ellos mismos se quemán, porque se clavan. Modò scitur, cur Ezechiel dicitur à Domino. *Cum scorpionibus habitas.* Spicula scorpionum dicuntur spinæ. Nicander in *Tberiac.* canit, uti vidimus *Didascal.* 2. n. 1.
Cuius nexa novem iuncturis horrida Nicand. spina
Extremo nocuum iaculatur acumine virus.
 Dicunturque detractores accensi sicut ignis in spinis, quæ sunt aculci & spicula scorpionis, quippequam tanta illis aviditas evomendi venenum, tanta furiose rabies in vomitum; ut si defuerit in quem possent regerere virus, ut scorpiones in seipsis retorquant aculeos, undecumquè virulentos.
 12 De illis refert Plinius lib. 11. cap. 25. *Quidam ab ipsis serum devorari arbitrantur. Unum modò reliquit foletissimum, qui postremò genitores spernè conficiat.* Quam malignus constat animus, ubi filius & pater vicissim perfidus! *Lib. 10. cap. 72. Serpentes pasuntur ovis draconum.* Alian. quo sup. lib. 2. cap. 33. *Scorpium ex crocodilo nasci audio, cuius cauda aculeo venenato ille scus intereat: & lib. 8. cap. 13. Scorpius lacertis audio expleri, & aspidibus, omniumque serpentium genere. In quo genere* (inquit Plin. quo dudum, loc. ult.) *omnia magis extimalia, si suum genus edere, antequam noceant.* Hinc Aristotel. lib. 8. *Histor. animal.* cap. 29. observat, viperam scorpionem devorare: ideoque venenum alere tantò deterius, quòd venenatis pacis solet. Galenus de *Tberiac.* Galeni lib. 13. *Viperam* (inquit) *alia venenata consumere: istiusmodi ipsi non ingrata cibaria.* Pasuntur scapæ apud dira, diris. Accinit Camer. quo sup. *Emblem.* 92.
Tetra quòd extinguit, non mirum, viperam Camer. morsu.
Ece etenim quali gaudet illa cibo.
 Cum scorpionibus igitur habitant homines inter detractores pestilentes: equidem cum venena illis delicia si pasta; ut magis acuant venena, multumina malignitatis regulant, & vicissim sese devorant. Serpentes infidantur draconibus, dracones serpentibus: scorpiones aspidibus, aspides scorpionibus: etiam deserviunt venenata in proprium genus, dum abest percutiendus inimicus: igitur venenatorum conditio, haud posse vivere sine mortu. *Virga Aàron versa est in co-*

Ezech. 2. 6.

Mutuo sese iacessunt.

Venenata mutuo pasuntur.

Plin.

Et sese devorant.

lu.

lubrum: virgæ etiam Magorum conver-
sæ sunt in serpentes, aut dracones. At
quid ex tanto repentino veneno? Devo-
ratio. *Devoravit virga Aäron virgas eo-
rum.* Hocce munus Virgarum, cum aco-
nito serpentium, extenta malitia cordis
iuxta extensionem insolentis potestatis:
igitur modò defuerint quos venena linguæ
inficiant; venenata serpentes, viperæ &
Scorpiones mutuò se vorant.

13. Altius intendum. Virgæ sanè in
dracones sunt conversæ. Verè Aäronis
virga, Magorum in apparentia: equidem
subtractis à conspectu adstantium virgis,
à demonijs aliunde allati in Regiam dra-
cones. Vide Pererium hic, *Disputat. 9.*
& 10. Malum utique quod dracones in
mundo: peius, in throno, ubi fedet dra-
co directionis virgæ, iustitiæ fucatæ infla-
tissimâ insolentiâ; quasi gloria esset, ef-
fundere ex ore vel visceribus venenum,
quia dignitatis habetur auctoratum fasti-
gium. Quæ illis videntur quasi impunibi-
lia, quia impunis gloria; sunt subditis
gravissima ulcera: equidem percutit ani-
mum, querere in virgâ, seu sceptro etiam
venenatorum, rectitudinem; & in virgâ
circumspicere serpentem, aspitem, vel
scorpionem. *Ptolempiani canem pro rege
habent, motu etiam eius imperia augu-
rantes:* inquit Plin. lib. 6. cap. 30. quem
sequitur Ælian. 7. *Animal.* cap. 40. Quod
refertur uti impossibile inter rationales,
fit practicum (proh dolor!) sequendo
mores, equidem turpe rationi, atque de-
decus regimini, expectare in Superiore
modestam, ut par est, circumspectionem;
& experiri mordacitate rabidum canem.

Exod. 7. 12.
Detraheret
similes ve-
nenatis.

Perer.

Superior
maleficum
apprimè ve-
nensu.

Plin.

Et canis ra-
bidus.

Aristotel.

Quem imi-
tantur sub-
diti.

bus magnos viros esse. Fateor posse esse, Tacit.
sed nec florere, nec vivere posse. *Quid
enim is boni habet* (ait Senec. de Con-
stant. sapient. cap. 13.) *Sub quo nemo, ni-
si malus est?* Mordebit profectò scorpio
non scorpionem, & canis haudquaquam
canem, cum usquequaque videamus haud
sine complacentiâ signis, in semetipsos
retorquere dentes. Profundius in propo-
situm retorquendus est Euripides in fragm.
Traged. apud Delrium in Senecæ *Thyest.*
v. 92. ut respiciant sacerdotes, quotidie ac-
cedentes factis.

Senec.

Sacerdos
mordax de-
testabilis.

Euripid.

Verf. 101

Necessaria
virga sece-
ritatis in
detraçtores.

Tacit.

Plin.

Quo ma-
riorantur &
reviviscunt
scorpiones?

Ælian.

pro-

*probo, non item elloborum; quod sanè ita
hominis egregie diligam, ut acerbe & pe-
nitùs scorpionem oderim.* Thelyphonon her-
ba aculeata est, imò in totum spina; ait
Plin. lib. 21. cap. 15. Ideo dicitur Scor-
pion, Hispan. *Abrojos:* quo intelligitur
illud 3. Reg. 12. 11. *Pater meus cecidit
vos flagellis, ego autem cedam vos scor-
pionibus.* Elloborum mirificum in ratio-
nis perspicuitatem & acumen. Unde Plin.
lib. 25. cap. 5. subdit: *Ad pervidenda
acrius suaviorum gratia:* cuius exempla
referunt Valer. Maxim. lib. 8. cap. 7. &
Petron. in *Saty.* fol. 29. Per symbola
claret, quo modo sese gerent Præsides
erga maledictos ac mordaces scorpiones.
Elloborum signat rationis & rationalita-
tis suavem tenorem: Thelyphonon pro-
pter spinas acriorem severitatem: in scor-
pionique minime apponendum ellebo-
rum, sed thelyphonum; quippe in illos
nihil valet rationalis prudentia, sed dun-
taxat spinosa amarissima flagra. In ho-
rum venenum Præsides incumbet totum
propositum: suavitateque removenda, &
applicanda mucronata spina; quoniam
quos flagella à morfu asperitate remo-
vent, ut iterum nocent, suavitate reviv-
scent. Nulla ergo exhibenda suavitas,
sed summa semper austeritas: igitur cum
virulentia innate dissimulatio, videatur
scorpionibus permisio, licentiaque am-
pla, quæ dantaxat indulgentia; Præsides
dolore experietur aculei amaritudinem, si
viderint scorpiones virgam ut virgam, &
non draconem.

Plin.

3. Reg. 12.

Idem.

In detraçto-
res et nulla
Præsidi be-
nignitas sed
summa au-
stertat.

Ælian.

Detrahentes
suffocantur.

Delecamp.

Scorpiones
morte pro-
funt.

Camera.

15. Mori debent, ut alij vivant. *The-
lyphonum si ad scorpion dorsum admoveas,
hunc statim perire.* Haudquaquam relin-
quent venenum, si aliquomodo suspican-
tur patrociniûm: spinisque atterendi, ac
pungendi, ut moriantur; quippe viven-
do nocent, & morientes prosunt. *Con-
stat quotidianis experimentis, scorpionem
in oleo demersum, ac suffocatum* (inquit
Iacob. Delecamp. in Plin. lib. 11. cap. 25.)
*si teratur, & vulnere à scorpione illato
imponatur, remedium esse præsentissimum.*
Unde apud Octav. Strada, Tom. 3. *Symbol.*
Ludovicus Gonzaga in veste triumphali
scorpionis iconem ostentavit cum lemma-
te: *Qui vivens lædit, morte medetur.* Sub-
scribit Camerarius, ubi sup. *Emblem. 95.*
accitens:

figent sanè sanis in vulnera virulentos;
ni se continuo viderint suffocatos. *Quis
conferget tibi adversus malignantes?* di-
cebat, quem sæpe momoderant scorpio-
nes: siquidem ni Dominus eum iuvani-
ne protegeret, proculdubio tot spiculis
perisset. Cur igitur in detraçtores mal-
ignos concitat prælium sollicitans exter-
minium, dum per illos exercitia possunt
conciliare meritum? Nec esset iustitia,
neque regentis prudentia. Non iustitia,
quippe ius est, quod illos comprehendat
mors, per quos alij mortui sunt: igitur
qui viventes aculeo inferebant mortem,
sauciatis sunt medicamen. Non prudentia,
ut homines possint securè vivere,
amandata detraçtorum peste: equidem
cum scorpiones nequeant vivere sine mor-
su, in se retento veneno; solummodò
pax obtinebitur Republica, si detrahen-
tes adinstar scorpionum sint penitus suf-
focati. *Quis conferget?* Ambigis? Pro-
fectò: & adversus malignantes? Et ad-
versus scorpiones? Uti que. Ita nonnul-
lis pravus animus, ut quiescere nequeant
sine delatoribus: modoque illis notitia
grata, extendunt in scorpiones patrociniâ;
quin corde cogitent, praveleat venena.
Præsides, Princepsque bonus adversus mal-
ignantes dirigit arcum, quia scorpiones
vivendo semper lædunt: suffocati que &
attriti in suspensum, patent pravus exem-
plum, medicamen & supplicium.

Plin. 99. 16.

Per canis pæ-
renat eis.

Cum patroci-
nio prave-
lent, quis
venena pæn-
cent.

Homines qui gestant,
quique auscultant
crimina.

Plaut.

*Si meo arbitratu liceat, omnes pendeamt,
Gestatores linguis, auditores auribus.*
Altituit Plaut. in *Pseudol.* Act. 1. scen. 5.
v. 12. Quisquis renavit scorpionum vene-
num fugiat consortium; quippe innocens
haud liber inter nocentes, neque qui non
scorpio innocuus degit inter scorpiones.
Detraçtorum cavillantium malitia vaga-
tur cæca: in circuitu ambulat, nec reli-
piscit, dum cæspitat; quandoquidem re-
ctius gressus ducit & dirigit, quàm ma-
gis offendit. Fulmen est, cuius vehemen-
tior flammæ efficacità, ubi maior resis-
tentiâ. Indicat ignem pectoris fumus, nec
est qui se abscondat à calore eius. Haud
linus Indicus in huiusmodi ignem, neque
laurus in huiusmodi fulmen; igitur accen-
ditur aqua, quàm malignitatis fomes fit
innocentia, vagenturque maledicti sine ru-
bore, quia probi pleni formidine: valenti-
bus etiam mordacium venenis, quia
non est qui confurgat adversus scorpio-
nes malignantes, qui tempus terant in

Serpens con-
tigitur &
vultu com-
versatio de-
trahentium.

Zz

vir:

virus, ut delicijs terant tempus. Unde Euripides in Hippolyt. v. 383.

Euripid.

Voluptates vite,
Longe confabulationes,
Et otium, iucundum malum.

DIDASCALIA V.

Seculi gaudia amaritudine plena.

Arvata lætitia offertur à mundo, atque eius speciem avidè sequitur (dum trahitur) homo. Ritusum lachrymosum vocat Statius lib. 8. Thebaid. v. 513. & homo cæcè mentis impositus, haud contemplatur lachrymosum, sed ritum, incidens præruptè in lachrymas veras, dum videtur sectari delicias falsas. Cum reti olim picta Fortuna. Vide Lebecum-Batill. Emblem. 30. Sequitur Fortunam mundus, & in capturam insensatos captat & læctat, ritus apparentiam sequentes; quippe cadunt in reticulo eius peccatores, & in manum cadunt miseri, de qua non poterunt surgere. Contra cælum invitat in vera gaudia, sed à fatuis non æstimantur ut vera; equidem datur contemptui.

Ovid.

1. Reg. 2. 30
Ecl. 3. 4. 4.

Cælum, quod imminet orbi. Deus de se dicit: Loquens locutus sum. De mundo à Siracide: A mendace quid verum? Uterque loquitur: Deus ut verus, mundus ut mendax & falsus: & non dicitur, dum loquens, quod loquatur, sed duntaxat de Deo loquente, quod loquitur; quippe solum loquitur, cuius promissa vera & tacet loquens; cuius promissa fallacia. Cælum & terra transibunt, priusquam transeant verba cæli: permanente cælo & terrà, evanescent vota mundi; igitur cæli gaudia in sempternum firmissima, mundi opera verba & verba. Quidam verba, dum concubantur infamia? Quandoquidem qui plus amat (uti ait Horatius, 3. Carm. Od. 6. v. 32.) est

Horat.

Decorum pretiosus emptor.
Quæ mala invisa non visa? quæ clades? quotæ amaritudines? Apposite Euripid. in Helena, à v. 365.

Euripid.

O Troia infelix! Venus peperit
Multum sanguinem, multas lachrymas,
Dolores super dolores, fletus super fletus.
Videtur stolidis posse frui plenissime gaudio, quasi non essent in mundo; varijs-

Gaudium non nisi ex

que in voluptatibus satagunt querere, quod non possunt invenire. Lubricum oblectamentum in hæc valle lachrymarum. Gaudium (dicit Stoicus Epist. 59.) non nascitur nisi ex virtutum conscientia. Quid ergo? Stulti ac mali non gaudent? Cum fatigaverint se libidinibus, cum voluptates angusto corpori ultra quam capiebat ingesta; tunc exclamant. Omnem luxuriosi noctem inter falsa gaudia, & quidem tanquam supremam agunt. Reprobantur qui, in refrigerium sitis, bibebant genibus flexis. Non apti ad certamen, qui curvatis genibus biberint: etenim si ex aqua fluente vite refrigeria & voluptatum gaudia; miserè degunt, dum feliciter bibunt: si gaudia, profectò falsas quippequam cæcè inclinatur ad fluxa. Illos manet prosperitas, qui linguâ lambuerint aquas. Fluxa fluxe accipiunt, quia linguâ tangunt: contemplantur futilem, quam mundani affluentem depingunt concipientes voluptatem: quæ quidem tantum percipitur linguâ; ut vel in ipso gustu constet, quàm falsa: equidem priusquam in stomachum descenderit, iamiam palato seducto evanuit. Linguâ, in saporem cupiditatis mulcimen, sed non in utilitate igitur quod linguâ duntaxat percipit, neque prodest, neque sapit: quoniam in esurientem stomachum percepta non percipiuntur.

bona conscientia.

Indic. 7. 5.

Ibid.

Voluptas fluxa.

Boet.

Cuncta rotant.

enec.

Prov. 10. 4.

in

in terram, propter imminemem ab aucipibus ruinam. Tandem tandem capitur, verum capta non apprehenditur: igitur cum plumam remittat habenti, voluptatem expectanti; possessa tenentem fallit, quippe vel apprehensa fugit. Neque enim fultis credere, mundi gaudia posse fugere. Non cogitant acupatus volatici onera; nec sua cognoscunt per aliena pericula: sequunturque aves volantes, ludibria fibinetipsis; quippe felicitatem pabulum concupiscentiæ sequi possunt, sed non consequi. Vidi sæpe falli pueros passerum avidos. Retinentur in cavea, ut ludentium mercimonia. Traduntur pueris, non in ludum ipsorum, sed ex ipsis: etenim inquirentibus quomodo captorum devitent fugam; respondetur, si apprehenderit per caudam. Quia credunt, faciunt: passeres dimittunt plumas, & fugiunt, sequentibus puerorum oculis aves quolibet volantes; videntibus fugacium duntaxat plumas, & ridentibus cunctis puerorum lachrymas. Nolite pueri efficit: loquitur Paulus. Genus gaudiorum mundi volaticum est & leve: pater; quippe nec capiuntur, dum retinentur: & cum sequatur aviditas, quò magis nota voluptatis fugacitas; confertur aptè pueris, anxie ac corditis sequentibus aves volantes; quandoquidem captà fugâ, fugientes solummodo sequitur concupiscentia.

Fel. apprehensio fugiant.

1. Cor. 14. 20.

Iridis pulchritudo.

Ovid.

Senec.

3 Quid pulchrius speciositate iridis? Mille trahit varios adverso Sole colores. Nil magis allicit sensus: nil magis amœnat oculos. Nitet species, verum falsi colores. Ita Seneca lib. 1. 99. natur. sequens Ovidium, qui 6. Metamorph. fab. 1. accinit:

Qualis ab imbre solis percussus solibus arcus,

Insistere ingenti longum curvamine cælum:

In quo diverſi nitent cum mille colores,

Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit,

Usque adeo quod tangit, idem est, tamen ultima distant.

Non dicitur (inſit Cortubensis) colorem illum immixtum esse velut corpori stabili, sed ut fluido & vago, & nihil amplius quam perbreveſpeciem recipienti. En symbolam acientium, voluptatis alleclatam: etenim haud occurrit entitas, sed species, & ad speciem colores, quandoquidem levi motu Solis vel absentia, quæ fulgebat abunde, nubes obſcure. Lumina fallit, quæ coloribus mille

Tom. V.

lumen percillit; sed tantum in stuporem & ludibrium optantium; quoniam levissimo aspectu nec colores inveniuntur. Iridis colores à longè in focum concupiscentiæ, ut fratur specie, quæ non potest voluptate. Quò magis ductus, imò seductus obrepat, color magis evanescit, voto casſo, imò delirante aspectu, mirantibus luminibus circa obiecta, unde, ubi, quando tam celeris fuga: summaque mundanæ voluptatis, atque radiorum congeries: aptè confertur coloribus iridis; ut discat homo per speciem fallam, errorum respiscentiam: etenim voluptas adinstat iridis (in qua fallaces colores) si conspectu non habetur, dum habita non conspiciuntur.

4 Dives cum dormierit, nihil se cum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inveniet: dicit Iobus. Occurrit obiter inquirendum: quomodo si mors per somnum, in qua clauduntur lumina; morientis divitis designantur aperta: Hæc est circumventio affluentium bonorum temporalium, & cæcitas possidentium: equidem oculos ignoranter aperient, dum ceteri mundo claudunt. Si per apertionem luminum vita signatur; dives improbus etiam in morte non moritur: habet vitam in morte; qui vivendo moriebatur: cadaver est, quod sepelitur: morientique lumina aperit in vitam; quippe tunc vivit ad flammam. Obscura prorsum divitiarum caligo: oculos aperit dives, verum serò igitur nunquam vider, qui expectat mortem, ut vitiorum cognoscat cæcitate. Videnda cæcitas, dum potest exhiberi medicina: aliàs non homo, sed talpa, obcæcatus nebulis prosperitatis, ac tendens in illecebras cupidinis, offerente medicinam penitentia, ut arceantur longè crimina: & dum oculos qui cæciciebat aperit, impenitens infeliciter perit; quoniam vel in morte cæcus, qui spectat mortem, ut aperiat oculos. Miseri sanè, felicitatis glaucome: igitur dum oculos aperiant, magis cæcitiunt.

5 In propositum nostrum aliud quadrat hemistichium. Aperiet oculos suos, & nihil inveniet. Si nihil vider, aperiens oculos; videns habebat oculos clausos. Hic non cæcitate, sed delirio laborat: quandoquidem eius mentem furor gravat, qui clausos oculos habet, & videre quæ non videntur, ostendit. Iris in opibus, in voluptatibus; nitebat varijs coloribus. Videre cæcè cogitabat, sed nil videbat; notatæ ex assertionè angustia,

Cur Syma bolam eo lupratis cir. ca falsat

Iob. 27. 19.

Bona temporalium obcæcant.

Penitentia sera.

Ibid.

Qui in mundanâ gloriam querit, insanit.

in mentis perturbata ludibria: igitur profecto infans; qui indicat de coloribus, clausis luminibus. Adinstar iridis renidentem felicitatis species. Ad insaniam usque homines concupiscunt, & concipientes insaniant: ceterum nunquam habent, quod clausis oculis vident; etenim oculis perspicue apertis, nil vident nisi colores. Colore ducti: prurigne allecti, fatagunt apprehendere felicitatem, sicut fatui appropinquare in iridem: frigidique manent labore casto, dum urget magis libido; igitur colores, qui inharent felicitati, videntur tantum (si videntur) à longè. Huiusmodi color & color, error & error, quippe non in corpore solido, sed instabili & fluxo, qui visus concupiscitur, & adeptus non videtur: siquidem invitanti voluprati dum accedant, oculos aperientes nihil conspiciunt. Fascinat oculos praestigiatore appetitu gaudiorum illecebra; & stimulant pruritu apparent quam falsa gaudia: igitur si usus quaeritur capite felicitatis; vel sine figura visa, sunt oculos aperientes (quia nil inharet substantiæ, sicut splendor in Iride) fatuo sensu, & palam dolo: quandoquidem felicitati proximis (volitantibus coram oculis illecebris, quasi ludentibus vel illudentibus apparentium mutationibus) ubi colores videbantur, nec colores: ubi species fulgurabat, nec species. Infani sanè, illosa vel lesa mente, in optatum lenocinium; igitur illis blandiuntur, quæ non videntur.

6 Rota ut vidimus Tom. 4. T. 11. à n. 20. nota mutationis & felicitatis. Contigit sepe hianti in ascensum, vel ante primum gradum precipitium: id est, quod cadat, antequam ascendat. Quid in summitate, si vel in imo periculum? Collocantur propter dolos, & imperè deiiciuntur, dum allevantur. Queritur Laberius, inquit:

Summam ad gradum quum claritatis veneris, Conspices agrè, & citius quam ascendas, decidet.

Cecidi ego: cadet qui sequitur. Nec respiciunt exemplo, nec sapiunt malo. Firmitatem arbitrantur aquam fluidam, & immobilem felicitatis volubilem rotam. *Rotas istas* (inquit Ezechiel, Angelus) *vocavit volubiles.* Haud credit homo, etsi audiatur vox è caelo: igitur voluptas iudicatur firma, quanvis videatur in rota. Hinc cuncta plena oculis in circuitu quatuor rotarum; equidem si

Cur felicitas in rota?
Laber.
Ezech. 10.
Vers. 12.

per oculum vigilantia, in huiusmodi rotas bina non sufficiunt lumina: quandoquidem usquequaque ruit, qui usquequaque vigil cavet. Volvuntur à rota tracti, qui ducuntur rotantis felicitatis cupidine, spe concepta permanentis durationis, quasi fuga non esset conditio felicitatis. Cadit ille, cadit alter, nec micat species respicientiæ: equidem ita furore perciti, ita falsa voluptate lactati; ut insistent rotare felices, vel habentes precipitia coram oculis. Vident quomodo alij fulgentes ascendunt, nec videre volunt, videntes quomodo cadunt: suntque excerpti vel hostibus miserabiles; quippe noluerunt credere rotas volubiles. Modò qui ad rotam destinantur, destinantur in tormentum: nullum profecto discrimen, nisi quod involuntarium vel voluntarium: etenim qui conatur sequi felicitatis ridens speciem; sese delinat in voluntarium cruciamen. *Non desuere* (ait Vincent. Chartar. in *Fortun.* fol. 319.) *qui eam in equum velocissimum imposuere, & currentem eam fatum arcu intento insequens effinxerunt.* Elucet veritas quod in respicientium depinxit Antiquitas: igitur qui fugientem querebant felicitatem, inveniebant telis sagittantem mortem. Telum (sanèquàm in vulnus) patitur à concupiscentia mente captus: siquidem quandiu voluptas addescit, & ille accedit, ut consequatur delicias; in pectus detorquet lanceas.

7 Illis qui in vita sua insensati & iniuste vixerunt; per ea que coluerunt dedisti summa tormenta: inquit Sapiens. Serpentina colebant: & quæ culta cruciabant, ut viderent insensati quæ ab illis culta: igitur tantum insensatorum, adorare venena. Perperà sanè electio, enixè studere damno. Voluptates à mundanis adorantur ut idola, quæ adorata sunt cruciamina, virtus & virtus, vulnus & vulnus; quippe quæ erecta à cultoribus altaria, cordium patere sepulchra. Idolum cultum convertitur in molestiam: illicque adorant quod excutit vitam? Videntur homines, verum non sunt rationales. *Insensati*: etenim qui duntaxat habent cerebrum vacuum, possunt certatim admanare tormentum. Incundum pellicit in cupiditatem, quippe spargit in possessione dulcedinem. Sequi amara, erit amentia, vel crassissima stultitia: insensatorumque Salomon vocat, quos in usum voluptatis species irritat; quoniam erigere & adorare in pernificum simulachrum, dum

Definatur in tormenta.
Vicè Char.
Felicitatis imago quare cum morte?

Sap. 12. 23.
Cur felicitates dicuntur idola?

Insensati gloriari in iniquitate sua.

taxat insensatorum. Sine voluptatibus nequibant vivere; & cum illis compellebantur mori. Effligiem adorabant in felicitatem, ac in froitione etiam inveniebant effligiem: insensati que dicuntur, quærentes usum gaudiorum; igitur indicat summam insensationem, ad usum colere voluptatis imaginem. Sunt idola voluptatis & non voluptas, ubi à desiderijs expectatur prosperitas: siquidem dum tendant in entitatem, tanquàm in simulachris duntaxat vident representationem. Non vident, quod videri congruum: equidem insidiosum voluptatis simulachrum. Vivunt profecto insensate, prosperitatis specie: igitur acutus sagittis figuntur corda, ab ipsis idolis queis exerunt altaria.

8 Celebre in Scotia pomum Fenellæ. Cùm Kemetus Rex Scotorum Erubithum Fenella filium occidisset; illa statum mira arte fabricari iussit, in cuius manu pomum aureum, gemmis refertum erat, quod quicunque tetigisset, statim multis iaculis confudebatur: eoque Regem nihil suspicantem invitatum in visionem. Fenella occidit: ait Cardanus de *Rer. variet.* lib. 12. cap. 56. Hector, lib. 11. *Hist. Alap.* in 14. *Prov.* 13. *Delr. Disq. Magic.* lib. 1. cap. 4. *Causin. lib.* 11. *Symb.* 5. & *Pined. fusè in Monarch. Eccl. lib.* 28. cap. 12. §. 3. Inhærebat optabile dives pomum (oculto meatu) chalybi flexibili, tenaci, retorto; ita ut quo violentior aviditatis in usum poni detractio, vehementior esset sagittarum excursio: etenim retracta statum docili brachio, simulque arcus aurei intento nervo (chalybe presso ac retorto in artificiosas vertebra, ut impulsus valentior in sagittas) perinde accipere seu rapere pomum, ac cordi hære penetrabile telum. In hoc poni tractu videtur mihi aliqua similitudo convivij facti à demone in voluptatis horto: siquidem idem acceptum mordere pomum, ac perimere totum genus humanum.

9 Huiusmodi mortis ac voluptatis articulus, apprime objicit quicquid in mundo amatoribus usuvenit. Bona vana sunt idola in quibus voluptas ficta, veraque tormenta. Fleuntur ad illa homines, inveniunturque in summa felicitate infelices: igitur summa calamitas inter optatas atque potitas delicias; experiri vulerunt acerbiter, unde capiebant dulcedinem. Voluptatem colebant uti imaginem cordis, & circumscriptionem

Cardan.
Quid pomum Fenellæ.
Symbolum peccati originalis & parentum tentationis.

Bona falsa & noxia.

mentis, quin virtus recogitent, vel cum doleret; quippe illecebre & non delicia in adorato idolo, quo duntaxat delectationis imago: quærenturque vulnerati ex toto corde à insperata oblectaminis cuspidè; quippe acerbior doloris amaritudo ab adorato voluptatis simulachro. *Post concupiscentias tuas non eas:* inquit N. Patriarcha cap. 7. *Regul. Sancti.* grad. 1. ex Ecclesiastico. Nec pedem moveris, quippe si moveris, vulneraberis. Sub luce lucet: luesque penas, inquitens deliciarum specie veras illarum insidias. Cave, ne eas, quia non redibis. Si duceris, seduceris. *Gaudium eris inimicis tuis:* igitur quòd non fugeris dolenti, ipsis excitabit risum. Non nova inter hostes ab hostibus vulnera: ab amicis perfidis sanè gravia; etenim alius spicula inhærent cordi, quia non notæ amicorum insidias, sub amicitia velamine: sapiensque non tantum dicit tormenta, sed tormenta summa ex imagine voluptatis adoratas quippe non solum tormenta ex captatione recipiunt, sed per quæ fatui insensate coluerunt. Ulterius. Cor adorat, & dolo inauratur, quo magis idololatra deliciarum decipitur. Sequitur simulachrum inanium delectationum, & duntaxat occurrit simulachrum: verum ita gaudio ficto, fallaci dolo, fucato blandimine, vasto oblectamine; ut applaudens in delicias, lethales evibret lanceas.

10 Præterea. Mundus largus in promissis, parcus in donis. Hinc qui creduli; insensati, dum vulnerati iacent sine dolore; equidem cogitant tormentum summum, si aliquem haberent sensum. Illi ridet, & risum ridet mundus, qui ridendus; igitur per quæ cæci fovent risum, ingerit ille indeclinabilem stetum. Mundus ridetur, dum despicitur; sed ridet, dum adoratur, fingens simulachra, non tam in tormenta, quam in tormenta summa: equidem ob pulchritudinem effulgentis pomi, cadunt usque in lethum vulnerati; quippe ausi accedere ad sagittas statum mulciminis, sine scuto cognitionis salitatis. Prisci simul collocant in altari imagines Voluptatis & Patientiæ. Vide *Pier. lib.* 36. cap. 14. *Placuit illis comitatis forma, quoniam summa voluptas ex patientia.* Unde *Macrobi.* 1. *Saturnal.* cap. 10. in fine: *Simulachrum eius Deæ ore obligato, atque signato in ara Voluptatis propterea collocatum; quòd qui suos dolores anxietateque dissimulant, perveniunt patientia beneficio in maxi-*

S. Bened.
Ecclesi. 18.
30. 31.
Tormenta & summa.
Insensati avidi.
Patientiæ fructus.
Macrobi.

mam voluptatem. Alia rimor, ut constet quanti ex voluptate dolor. Patientia tolerat, Volupta vulnerat: eiusdemque gaudent celsitudine altaris, quæ semper comites; quoniam in illata vulnera est patientia necessaria. Hinc alij (apud Charitar. in *Minerv. imag.* fol. 249.) *Voluptiam voluptatum Deam coluere, cuius effigies mulieris pallide speciem referebat, virtutemque pedibus proterere videbatur.* Qualis color, si virtus proternitur? In facie coloribus venenata, apparent viscera putrida; quin cogitit infensatus, specie inani traductus, queis curis pectus scatur, si pallor in ore sedet. Patientia ergo simul adoratur & Volupta. Patientia est virtus omnis adversitatis impetus æquanimiter portans. Voluptas, citra rationem ad oblectamenta commotio in vanas illecebras: & unâ collocantur in ara pectoris; ut ex voluptate sentiantur acerbitates: etenim necessaria amatoribus patientia, ubi acerbitas procedit ex voluptate potita. Vernacule: *Es necessaria patientia, para sufrir el pesar del gusto que idolatrò.* Expectat avidè qui adoratur Voluptam implere urgentem concupiscentiam; sed cadit voto, quippe specierum tantum ludificatio, & re verâ pharetra fragitarum, in mortem infensatorum. Invitant illecebræ, & corda pungunt sagittæ. Volitat iucunditas, & occurrit acerbitas. Titillant gaudia, & ingeruntur tela. Adciscunt dulcedine voluptates, & extruciant amarissimi dolores. Cuncta contraria promissis, illud cogitatione: mirorque Patientiam cum Voluptate adorari; quoniam ad ferenda ex falsis delicijs vulnera, vel in homine infensato non est patientia.

Hebr. 10. 36. *II Patientia vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.* Ita Hebræos alloquitur Doctor Gentium. Si sic in gaudijs promissis cœli, qualis dolor ex promissionibus mundi? Si telum futurum sempiternum gaudium; gaudium falsum, quantum telum? Si torquet expectatio gaudij appropinquantis, quale cruciamen ex falsitate ludensis? Verum inquires, cur sæculi amatoribus in delicijs patientia necessaria, dum ex viventibus nemo ampliore gaudent patientia: quandoquidem etiam dum illud cognoscunt, nec dolore respiciunt? Alij habent patientiam, sed non ita necessariam in cruciamen, quippe accipiunt dolorem, ut dolorem. Amatores mundi penam patiuntur doloris, sub specie & velamine dulcedinis; & ad

toleranda sub larva bonorum mala, est necessaria patientia. Iccircò de Cupidine querebatur Profanus, 1. de *Remed. v. 25.* *Nam poterat uti nudis ad bella sagittis?* *Sed tua mortifero vulnere tela caret?* Mortifera fons cupiditatis tela, quippe sagitta ex voluptate non nuda: quandoquidem vulnera invenit, qui delicias expectavit. Si sagittæ, uti sagittas recognoscat aspectus, ut fugiant accedentes à facie Arcus: ceterum ictus (ubi nudum pectus) expectare gaudium, & spectare telum; ambire dulcedinem, & perpeti cuspidem: igitur ludere & interficere; non delicia, sed insidia: patientique est necessaria quando seducuntur corda; quoniam summum vel in ipsa acerbitate doloris, insidia ferre subdola cupiditatis. Aliquod malum cadit sub silentio & sub dolore; sed hoc non grave. *Grave malum (ait in Sentent. Seneca) quod sub aspectu latet.* Dolet, sed fertur, quod à molestia cognoscitur: haud tolerabile, quod cor ab amico patitur; quia ab illecebris ærumna: tuncque est necessaria patientia; quoniam fedet altè in animo cordium hilari vultu. Si præsentiret in aridente cuspidem, ferret munimen cautionem; vigilaretque, ne appetitus scicarius nudum vigfoderet pectus, simul ne blandè peteret nisi amore præcordia: quo improvise vulnere est patientia necessaria; quippe cruciamen summum, aurea in patera venenum.

12 Non mirificum, sicut non novum, querentes, seu pereuntes Voluptam, secum portare patientiam. Hinc *patientia necessaria.* At alibi Paulus dicit: *In omni patientia.* Maior difficultas oritur ex argumento. *In omni patientia cum gaudio.* Gaudium num insluit in cruciamen, ut exigat patientiam & patientiam omnem? Utrique, si gaudium sæculi, quasi partus circumvenientis Voluptæ. Dolor eget patientiâ, quippe dolentem vexat, & vexatione non lactat. Dolor ex gaudio voluptatis, exiit speciem doloris: igitur animum mulcet, & vitalitatem laedit. Interomittitur ut gaudium, & est mortiferum telum: perfidia est, si pro delicijs ministratur mors: & iungitur patientia omnis huiusmodi gaudij ludis; quoniam ut sustineatur à gaudio fructa perfidia, necessaria omnis patientia. Omnis patientia est quasi dupla patientia. In dolorem est necessaria patientia simplex: in dolorem ex gaudio, patientia duplex; quoniam intime pungit ex blandiente men-

Ovid.

Senec.

Voluptatis illecebræ in fidiæ.

Colof. 1. 11

In eius ar. tistica dolosa, necessaria omnis patientia.

mendacium, ac ex amico tormentum: & dicitur patientia omnis in ludibria cupidinis vellentis; quia patientia necessaria in deliciarum pœnas, & omnis patientia in deliciarum insidias. Molestia doloris vel gravissimi fertur, ubi dolus non summittitur. Si serpit vafre serenâ facie perfidia, omni eget pectus patientia; equidem cum patientia omnis necessaria sit in omnes adversitates; non est patientia, vel omnis patientia necessaria, ut ferat pectus voluptatem amasiam, vibrantem cordi adoranti sagittam. Cupidinis ornamenta arcus & pharetra. Si amor est, & dulcis amor; quorsum in telis diri chalybis horror? In Cupidine signa nota, verum non diversa insignia: etenim si in delicijs portat sagittas hamatas; quod ad voluptatis lubrum, est penetrabile iaculum. Quilibet idolum in mundo querit, quod suam perditionem fover. Semper risus, semper iocus, nugæ & nugæ cum delirio.

Sic placet Veneri sevo cum ioco.

Ut ait Horatius 1. *Carm.* Od. 33. v. 10. Semper cupientibus iacula, atque faucijs placent vulnere: sævusque dicitur iocus, quia ridendo hauritur virus. Non tantum simulachra cupidinis effingunt; sed & reverenter colunt, quamvis inveniant in imagine telum, requirentes summis laboribus pomum. Iam non impellit appetitus, sed projectio; quandoquidem fraudem sequitur adoratio & adoratio. Falsa mundi numina, imò dæmonia; quæ fascinant insanos, quoniam falsa. Sufficerent tot nugæ, ut in frogem revocarentur papellardi: verum in utramque aurem lertum, dum voluptates in vulnera insanabilia iocantur; ut per idola quæ culta, accipiant summa tormenta. Perfecto mentis obæcatio, quæ oculorum pridem cæcitas, falsa dum instat voluptas; adamato dolore, etiam sine voluptatis specie: ac demum sine remedio, ni sopita dulcore vigilet ratio: igitur in delicijs qui cæci videbunt fucata iacula, modo in cognitionem doloris aperiant lumina.

13 Postrato mirabiliter hoste, ac de tot millibus triumphum Ionatha referentes; lassus animus, qui occidendo usque in deliquium languit, cibi invamine mox refocillari voluit.

Par ille Superis, cui pariter dicit Et fortuna fuit.

1. Reg. 14. *Apparuit igitur super faciem agri, qui theatrum insperatæ victoriæ, suens mel.*

Porrò Ionathas extendi summitatem virge, quam habebat in manu, & intrinse in fovam mellis, & convertit manum suam ad os suum, & illuminat sunt oculi eius. Illico obnoxius morti, & devotus à patre.

Habet omnis hoc voluptas: Stimulis angit fruentes, Apiumque per volantem, Ubi grata mella fudit, Fugit, & nimis tenaci Perit icla corda morsu.

Uti accinit Severin. Boëtius lib. 3. de *Consolat. Philosoph.* Metr. 7. Hinc Venus apud Anacreontem, *Od. 3.* Amori responderet:

— Apis si acumen Tantum facit dolore, Quantum putas dolere, Quos tu feris Cupido?

Expavit Ionathas, in quæ redegit Cupiditas: ingenuèque dixit: *Gustans gustavi in summitate virge, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior!* Exponetur auctoritas, & voluptatis brevitatis. Per mel indicata voluptas, observat Pier. Valerian. *lib. 26. cap. 7.* & 11. Perferatetur testimonium, saltem pro cognitione deliciarum. *Apparuit suens mel.* Illecebra est voluptatis tota machina cupidinis. Mellis quasi non esset in agro, non dicitur existientia, sed apparitio. Phrasis pulchra: voluptatis substantia nil aliud, nisi apparentia. Phantasia est, atque præstigia oculorum grande delectationis vellentis theatrum: quandoquidem si gustus accedit, nec apparet quod apparuit.

14 Mel apparuit, verum suens. Non stabat, sed fuebatur. Cupidis haud inest penitudo vel ex deliciarum ioco: equidem ita velox illecebra; ut non obviet nisi voluptatis fuga. Iccircò ille alius Philosophos apud Erasum in *Apothegm.* lib. 7 dixit: *In idem flumen nunquam bis descendere posse:* igitur si fluit in cursum non est idem, sed diversum. Erat præsens, verum suens. Voluptas est in globo: si stat, consistit in puncto: fluxu movetur, ac motu levi mutatur. *Fluens:* semper voluptas in præceptis: permanentia est impossibilis. Sequitur conditionem temporis in pernicitate successione: igitur si nunc non est, quod consideratur nunc; aptè exponitur ut tempus, qui deliciarum instabilis fluxus: quandoquidem cupiens dum manus extendit; voluptas quæ fuebatur, fluxit. *Paululum mellis.* Non parum,

Verf. 17.

Boet.

Voluptatis gustus verb cruciatu.

Anacr.

Verf. 43.

Falsavoluptas.

Erasm.

Eius pernix velocitas.

rūm, sed paululum. Ferē nihil. Cogitatio cupientis iudicat aliquid, paululumque dicit, ubi dulcorem gustavit; quippe ita brevi, atque exigua dulcedine, tantam umbrā sine corpore. Mellis. Mel iacundum, idē paululum. Mel: ergo dulce: falsum consequens. Dicant Propheta: igitur quod ut mel dulce palato, ac nitum in stomacho. Haud esset voluptas perfida, modō proferret amara amara, vel dulcia dulcia: diciturque mel dulce; quoniam deliciarum mel abundat acerbitate: siquidem in specie deliciarum sandaracha, vel abyntium.

Ezech. 3. a n. 3. Apoc. 10. 10.

Mel amarum.

Deliciarum levis.

Diritas.

Macrob.

Edā non mel

15 Ionathas incuriosē percepit: at quomodo? iam dicit: *Gustans gustavit*. Gustavit, sed non comedit; ut gustas pateret futilis ex levitate dulcedines; etenim si daretur in cibum; iam haberet gustum plenum: gustansque tantum gustavit, ut fraudem diceret: igitur dulcedo mellis fucata, non tacta à lingua; quia tantum perlivit labia. Fallax est, ac in cupientium illicem, præbet dulcedinem. Usque in satietatem cupiens capit; sed illa gustui gustantis respondet, ut denuo attrahat, quem concupiscencia vellicat: igitur præ dolore iterum non concupisceret, si plenissime gustasset. Dialecto nostrā: *Para asseguñar el engaño su dobléz, no la dà mas, que à gustar*. Gustans gustavit fluens super terræ faciem mel. Verum quod? Lancea pro tridente, sive furculā. In summitate virgæ. Virga hic pilum. Videtis Sanctium, num. 40. Mel invitabat dulcedine Principis linguam, cæterum invenit lanceam: igitur quicquid incipit per fallacem dulcedinem, definit in diri iaculi cuspidem. In summitate. Si in delicijs dulcedo aliqua, nunquam summa, sed per summa; per extrema; ut caveant ab illecebris infensatorum corda: igitur si intenditur in voluptatum extremum, apparet occultam iaculum. Bacchus à Priscis ornabatur thyrso, sicut Cupido sagittis & arcu. Sed cum thyrsum tenet, quid aliud quam latens telum geritur, cuius mucro bederà lambente protegitur? Infit Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 19. quem sequitur Charar. ubi supr. fol. 287. Quis parceret oculis; tor floribus in stuporem obiectis? Flores fallunt, dum veniant; atque ridendo voluptates suffocant: siquidem ni accedat cordium cautio, ubi stimular dulcedo; pro hilaritate amantissima florum, latens apparebit telum, contratā amaritudine mortis ex extremis voluptatis.

paululum mellis & ecce ego morior. Mel fluens vitam fovit, & modō auferit? Moritur, si non comedit, & moritur quia comedit? Quod voluptas, iam acerbitas? Quod delectabat palatum, intolerabile telum? Quod mel, mors? Utique. *Illuminati sunt oculi eius*. Verè post gustum agnovit, quid subdole in voluptatem lactavit: etenim agnovit sub dulcedine iacula, illic ut aperuit lumina. *Ecce ego morior*. Non moritur, moriturus; quia obnoxius morti, & exprimit vitæ defectum demonstrativè; quippe pragustando voluptatem, iam pragustaverat mortem. *Ecce*. Quid? subita, ac improvisa mors. Expavit ad mellis effectum, sub quo non cognovit iaculum: & iurè miratur, dum morti addicitur; eò quod per voluptatem & ita brevem, ex abrupto nescienter sibi contraxerit mortem. *Mortem ante oculos suspectam habere*: inquit Monachorum Pater Benedictus Regul. 3. cap. 4. *Instrum. 47*. Mortem & suspectam, ut cognoscamus deliciarum versutiam; etenim amaritudo mortis est à tergo voluptatis. Non ita cupidus frequenter caederet, modō mortem ante lumina uti suspectam haberet. Morte insidiante oculos signat, ut cupiditati medicamentum apponat: igitur haud mortis in delicijs gustarent virus; si in insidiarum cautionem primū aperirent oculos. Procedit ex voluntaria infelici cecitate, quod ita stupidis illadant blanditiæ: quandoquidem si viderent, circumscriptionem aspicerent; in qua mel, si mel, quin dulce, in extremitate lanceæ: Occulta fica, virulentior, quippe occulta: arte dolosa præparata sunt iacula: toxicum cordium, tinnulo mulcimine aurium: velamine picticis cogitationis crudeles amaritudines; quin doloribus ac tormentis respiscant, quoniam dalcore etiam cruciamina obcecant, quo usque percallo fraudulenter corde, in mortem diram projiciunt deplorati. Cadavera integrè fervari in melle, variâ eruditione ostendit Cael. Rhodigin. lib. 28. *Leb. Antiq. cap. 27*. quem videris. Altruit Plinius lib. 22. cap. 247. *Mellis natura* (inquit) *talis est, ut patrescere corpora non signat, incundo sapore atque non aspero; aliâ quam salis natura*. Aspulatur Delecamp. hic, Ioseph. Scalig. *Exercit. 119*. Statius lib. 3. *Silvar. Unde Corippus de funere factō à Iustino iuniore Imper. accinit*

Eius congnoscunt domines viti, si aperiant oculos.

S. Bened.

Qued allit, mortem ingerit.

Cadavera servata melle.

Plin.

Tba

Tbura Sabaa cremant, fragrantia mella locatis
Cortip. Infundant pateris, & odoro balsama succo.
Centum alie species, unguentaque mira servantur,
Tempus in aeternum sacrum servantia corpus.

Cortip.

Mors duplex à voluntate, & à privatione vite.

Mel Heraclia. Dioic.

Qui gustat de voluptate, caret mente.

Nigil.

Insignia mortis, que insignia Venerei.

mortem, non vivit vivens qui sequitur voluptatem: insignia fatius mortis, quæ insignia Veneris. *Mors secus introitum delationis*.
— *Aspice latè*
Florentes quondam latus quas verteterit urbes:
Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, Sil. Ital. nec hostis,
Quantum sola nocet animis illapsa voluptas.

DIDASCALIA VI.

Vita quam fallax!

At ergo in signum, quod humana vita. Antè definit esse, quam veniat. Non fuit sed se continuo in finem precipitat. Manè floret & transit, vespere arefcens subito decidit.
— *Signantur tempora cursu.*
Nascentes morimur, finisque ab origine Manil pendet.
Uti succinit Manil. 4. *Astron. cap. 1. v. 15*. In imagine pertransit homo, sed nulla vitæ volatilis conturbatio. Mors sub ipsomet vitæ nomine laetæ, & vitalitatis specie viventes decipit. Dum vitæ augetur, sensim minuitur: corpus in augmentum trahit, verum quo vitæ decrevit. Ante mors sentitur venisse, quam appropinquasse. Vehit vitam navigium corporis, quo sumus vigiles & dormientes: igitur priusquam sentiamus cursum, pervenimus in portum. In sciathetico, sive Solariorum horologio præscribitur vivide vitæ moralitatis imago. Vide plura apud Picinell. *Mundi Symbol. lib. 21. cap. 9*. Lux venit à sole vitæ: per umbram notatur mors: & ubi intenditur horam vitæ cognosci, aspicitur non lucis sed signum umbræ; quippe vitæ humana ita fugax, ita fallax ac levis, ut plusquam vitalitate, cognoscat vitæ umbram. Accinit Dionys. *Lebeus-Batilius Emblem. 3*.
Sic qua horas Solis sectatur ut umbra fugaces
Mors omnem ad vitæ flectitur umbra Leb. notam.
Loquens locutus sum: dicere dixi (ut vidimus in *Liter. n. 50*) asserit Deus: quid hoc? Quod eius verbum est signum, quod aeternum; negaturque homini loquendo dicere; quippequam vitæ in brevis, ut in principio vocis occurat finis, Verbum

Dum vitæ augetur, minuitur.

Lux vitalitatis umbra est mortis.